



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Imagines Sanctorvm Ord. S. Benedicti**

**Stengel, Carl**

**[Ort nicht ermittelt], M.DC.XXV**

VII. Ivlii. S. Vvilibaldvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38356**

**S**WILIBALDVS natus est A. C. DCCIV. patre Richardo Rege in Angliâ, matre Bonna S. Bonifacii sorore. Triennis maximam incidit corporis infirmitatem, verum ante sacrosanctam Crucifixi imaginem voto edito, sanitatem recuperavit. Quinquennis oblatuſ est Deo in monasterio Waldtheim sub Abbate Egbaldo, in quo mirificè profecit. Cum patre & fratre Wunibaldo posthac peregrinationem sacram suscipiens, Lucæ Italiæ vrbe patre mortuo, Romæ & ipsi diuturno vexati sunt morbo. WILIBALDVS sanitate recuperatâ Hierosolymam, sacra loca visurus contendit, omnemq; peregrinationem septennii spatio absoluit. Inde in Casinenſi monasterio quieuit: Romamque reuersus, à summo Pontifice destinatus est cooperatore vineæ Domini ad S. Bonifacium. A quo primus Eystettensis Ecclesiæ Episcopus constitutus est A. C. DCCXLV. ætatis suæ XLI. Præfuit summâ cum laude sapientiæ ac pietatis, annis sex supra triginta plurimâq; res sanctè ac præclare gessit, quæ luculenter descriptæ habentur. Excessit è vitâ anno Christi DCCLXXXI. Nonis Iulii, ætatis LXXVII. cum multiplici bonorum operum fructu, animarumque lucro, Confessor officio, studio & multorum annorum laboribus Martyr.

Sepultus est in vrbe à se constructæ summo templo, miraculis illustriſ. SS. catalogo adscriptus est à Leone VII. anno Domini DCCLXXXIV.

*Ex eius vita.*





N 3

VIII. IULII

*Handwritten notes on the book's spine:*  
 ...ding  
 ...  
 Bened  
 ...  
 ...  
 ...

*Fragment of text from the left page:*  
 ngliã,  
 poris  
 fani-  
 heim  
 ibal.  
 mor-  
 recu-  
 ratio-  
 nam-  
 ini ad  
 cus est  
 oieca-  
 lucu-  
 Nonis  
 m que  
 yr.

ILL